

VINCENTIUS BELLOVACENSIS

(VINCENT DE BEAUVAIS)

SPECULUM QUADRUPLEX

SIVE

SPECULUM MAIUS

NATURALE / DOCTRINALE
MORALE / HISTORIALE

1965



AKADEMISCHE DRUCK- u. VERLAGSANSTALT
GRAZ-AUSTRIA

VINCENTIUS BELLOVACENSIS

SPECULUM HISTORIALE

1965



AKADEMISCHE DRUCK- u. VERLAGSANSTALT
GRAZ - AUSTRIA

BIBLIOTHECA MVNDI.

SEV

SPECVLI MAIORIS

VINCENTII BVRGVNDI

PRÆSVLIS BELLOVACENSIS,

ORDINIS PRÆDICATORVM,

THEOLOGI AC DOCTORIS EXIMII,

TOMVS QVARTVS,

QVI SPECVLVM HISTORIALE INSCRIBITVR:

In quo vniuersa totius orbis, omniumque populorum ab orbe condito
vsque ad Auctoris tempus HISTORIA continetur, pulcherrimum
actionum ciuilium & ecclesiasticarum THEATRVM.

*Omnia nunc accuratè recognita, distinctè ordinata, suis unicuique autori redditis
exactè sententijs; summarijs præterea & obseruationibus, quibus
antè carebant, illustrata.*


Operâ & studio Theologorum BENELECTINORVM Collegij VEDASTINI
in Alma Academia DVACENSIS.



DVACI,

Ex Officina Typographica BALTAZARIS BELLERI,
sub Circino aureo.

ANNO M. DC. XXIV.



SPECVLI MAIORIS VINCENTII PRÆSVLIS BELVACENSIS, LIBER DECIMVSQVINTVS.

De Rege Abenner, & eius edicto contra Christianos.

C A P. I.



IANNES Damascenus in vita SS. Barlaam & Iosaphat. Fuit in India Rex quidam, nomine Abenner, diues & potens, & in bellis strenuus, omnibusque mundialibus successionibus gloriosus, secundum animam vero multis malis suffocatus, & Idolorum seruituti deditus. Cū

que in multis delicijs viueret, vnum erat sterilitatis malum, quod eius læticiam minuebat, & cor eius affligebat: nam filios habere non poterat. Genus autem Christianorum & monachorum multitudines in terra illa angelicam vitam ducentes, in gratia Dei proficiebant, Regis cultum vilipendentes, & profusius minas eius non formidantes. Multi quoque pro Christo mortem scribebant, æternam beatitudinem desiderantes: vnde & sine timore prædicabant, nihilque aliud nisi Christum in ore habebant. Multi quoque doctrinam suscipiebant, adeo ut quidam nobilitatem ac senatorum omnia relinquentes, monachi fierent. Rex autem ut hæc audiuit, furore succensus edictum illico posuit, omnem Christianum coarctari, ut negaret fidem Christi, novas contra eos tormentorum species excogitans, novos mortium modos eis minans. Tunc alij tormenta timentes, execrabili præcepto obediebant, alij palam in facie regis impietatem redarguentes, per martyrium vitam finiebant: alij se in solitudinibus & montibus abscondebant.

De eius Archisatrapa facto monacho qui eum confudit.

C A P. II.

Tunc quidam Regis Archisatrapa, qui magnitudine, & forma, & animæ constantia ab omnibus alijs differebat: videns impietatem, & valefaciens huic vanæ gloriæ, monachorum præpositis se commisit, ac mon-

tium deferta petens, ibi ieiunij, vigilijs, & diuinis meditationibus intentus fuit. Quod cum audiuit Rex, de amico perditio doluit, contra monachos autem amplius in iram exarsit. Misit itaque nuncios, qui eum ubique quaesierunt, donec in desertis inuentum comprehendentes, tribunali Regis exhiberent. Quem Rex in paupere & asperrimo vestitu videns, dura Anachoreticos conuersatione maceratum, tristitia repletus ait ad eum: O stulte, & mentis perditæ, cur honorem tuum in contumeliam commutasti, & ludum puerorum teipsum constituisti, nostræque amicitie & fiducie oblitus, & nec propriorum filiorum miserus contra ipsam naturam insumptuisti? Vt quid hoc fecisti, & omnibus dijs hominem qui dicitur IESVS prætulisti?

Hæc audiens homo Dei hilariter respondit: O rex si rationem à me audire vis, inimicos tuos eijce de medio prætorij, & tunc respondebo tibi: illis namque præsentibus, nullus à me tibi sermo reddetur: propter rationem vero torque, occide, & fac quod vis: mihi mandus crucifixus est, & ego mundo. Rege autem dicente, qui sunt inimici, quos de medio pellere iubes? Ait vir sanctus: IRA ET CONCVPISCENTIA. Nam concupiscentia in nobis operatur voluptatem, & incitat. Ira vero destruit. Abscedant igitur ista: & assideant ad audientiam dicendorum, & ad iudicium, ÆQVITAS ET PRVDENTIA. Cumque Rex eius petitioni annueret, ait ille: Gratias ago Deo per Iesum Christum, quia eruit me de lacu miserie & de luto fecis, & ostendit mihi vitam compendiosam, & facilem, per quam in hoc fragili corpore possum angelicam dicere conuersationem, presentium contemnendo vanitatem. Cum enim omnium principale bonum à nobis amputare contendis, id est, pietatem, & Deum deserere, quod damnis omnibus est præferendum, quomodo tibi in hoc communicare possumus, & non magis econtra amicitiam & honorem & filiorum affectum, & si quid aliud erat negabimus? Videmus enim te ingratum esse Deo, qui & ipsum tibi esse & respirare præbuit, qui cælos & terram stabiluit, hominemque formauit, & immortalitate dotauit: ac Regem cunctorum que in terra sunt constituit: Ipsumque à diaboli voluptate deceptum, & omnibus his bonis priuatum, morte crucis sue redimens in pristinam libertatem restituit. Tu autem eum resibus & in eius crucem offensus, totus delicijs corporalibus deditus, & exterminandis subditis passionibus & Idolorum errore polluitus. Scito igitur: quia non acquiescisti tibi, neque mentem benefactorem & saluatorem negasti, etiamsi me bestijs deuorandum proycias, vel gladio & signis tradas, quod nunc est tua potestas. Non enim mortem timeo, nec præsentia amo: quorum

Abenner Idolorum rex Idolis deditus. Christiani & monachi intrepide Christum prædicant.

Ex Indis sanatoribus multi monachi sunt.

Rex Abenor Christianos persequitur.

Principes quidam Indiarum dicunt monachos in vita suscipi.

Restituitur affertus in monachis & dura conuersatio.

Egregia viri Responsio

Gal. 6.

Ira & cupiditas à tribunalibus ableganda.

Monachismus via compendiosa per quam angelicam vitam & conuersationem qua dicere potest.

subiit, & Deo saluandas obtulit, & in hoc perficiendo gratiam apostolicam promeruit. Erat autem martyr voluntate, nam cum fiducia Christum in conspectu Regum & tyrannorum confessus est, & prædicator eius magnitudinis eximius claruit. Multos etiam spiritus nequitiz in eremo ludando prostravit, & omnes Christi superavit virtute, cælestisque particeps truneris diuicijs exitit & gratiz. Denique tali peracta conuersatione, & ita dignam sua vocatione operationem retribuens ei, qui se vocauit, crucifigens mundum sibi, & seipsum mundo, in pace ad Deum pacis vadit: illiusque gloriæ iam ante promissa sibi corona exornatur, & Christum cernere dignus efficitur, cuius in manus animam suam commendans, in viuentium transmigravit regionem, vbi sonus epulantiæ, vbi lætantium omnium habitatio. Pretiosum vero corpus illius, quidam vir sanctus qui habitationem suam non procul ab eo fecerat: qui & ad Barlaam iter illi prius ostenderat, diuina quadam edoctus reuelatione, ipsa hora dormitationis eius adueniens, & sacris laudibus honorificans illum, lachrymasque effundens, erga illum dilectionis signum & alia omnia perficiens, quæ christianis sunt legitima, in sepulchro patris Barlaam posuit eum; nam decebat eorum simul esse corpora in terra, quorum perenniter in cælis erant animæ iunctæ.

De translatione vtriusque sacri corporis in Indiam.

CAP. LXIII.

PRæcepto igitur cuiusdam terribilis per visionem fortiter in mente illum contestantis, acquiescens eremita qui eum sepelierat, ad regnum Indorum pergere contendit, & ad Regem Barachiam peruenit; omnia sibi manifesta de Beato Iosaphat facit. Ille autem non negligens illico pergit cum multitudine magna, & virtute ad speluncam peruenit, monumentum aspicit, & superlachrymatus tollit operculum, & vidit Barlaam & Iosaphat habentes membra secundum proprietatem speciei vtriusque posita, & corpora nil prior e colore immutata, sincera vero & omnino integra cum suis indumentis. Tunc illa sanctorum animarum tabernacula, multam odoris suauitatem emittebant, nil penitus fœditatis retinentia; quæ Rex in thecis prætiosis reposita in suam reportauit patriam. Vt autem peruenit ad aures populi quod factum fuerat, multitudo innumerabilis ex omnibus ciuitatibus & in circuitu regionibus ad adoranda & videnda illorum beatorum corpora confluebant honorifice, cum hymnis & canticis & lampadibus ac cereis ardentibus. Vnde quidam ibi congruenter satis & valde idonee dixit; *luminaria circa luminis filios & heredes*. Splendide vero simul & magnifice in ecclesia, quam Iosaphat ab ipsis fundamentis crexerat deposita sunt corpora. Plurima ergo miracula & sanitates in translatione & depositione, & deinceps per sanctos suos famulos operatas est Christus ad laudem & gloriam nominis sui. Et vidit Rex & omnis turba virtutes quæ per eos fiebant, & plurimæ gentes, quæ erant in circuitu, infidelitate languentes & Dei ignorantia, per ea quæ ad sepulchrum nebant signa, crediderunt. Et omnes videntes & audientes, angelicam Iosaphat conuersationem & à pueritia in ætatem eius ad Deum amore mirabantur, glorificantes in omnibus DEVM.

Explicit historia.

De Sancto Zosima monacho.

CAP. LXV.

IN vitis Patrû fuit quidam senex in Palestinæ monasterijs, vir vita & verbo decoratus, qui ex ipsis cunabilis monasticis nutritus est morib. Zosimas nomine; qui, vt fertur, ita certaminibus erat ignitus, vt de propinquis & longinquis monasterijs, ad eius cucurrerent doctrinam & eius imitarentur abstinentiã. Dicebat autem &

iple quod ex matris sinu in eodem traditus monasterio 53. ibidem deguisset annos monasticum cui sum perficiens. Post hæc, vt reuertit, infestabatur à quibusdam cogitationibus, quali perfectus esset in omnibus aliena doctrina minus egeret; nulli que cum monachus in deserto, lenis, vel opere præcelleret. Hoc secum eo cogitante, Patet quidam aliter ei & ait ad eum: *Zosima bene certasti in omnibus, sed nullus præcitus est in omnibus*, nam sunt & alia salutis viæ, quas si vis apprehendere, egredere de terra & cognatione tua, & sequere me. Pergens igitur, cum peruenisset ad Iordanem fluuium, deductus est in uocem clamantis in quoddam monasterium, & ibi desertus erat locus: & propinquus incognitus, ibique ab Abbate deuote & humaniter est receptus. Illic prima ieiunij hebdomada Dominico die omnes ex more monachi ad sancta Dei mysteria celebranda vocabantur, & corpus Domini viuificum ab vnoquoque suscipiebatur. Completaque oratione, flexentes genua tenes se inuicem osculabantur. Deinde omnes amplectentes, & pœcandantes Abbati, rogabant sibi ab eo orationem futuri certaminis eorum auxiliatricem fieri. His peractis monasterij regia aperiebatur simulq; psallentes & dicentes, *Dominus illuminatio mea, & salus mea &c.* ipsi psalmi, exibant. Egredientes vnus forsitan tantum vel duos custodes monasterio relinquebant, non qui infra reposita custodirent, quia nec erat quod à furibus rapereur, sed ne oratoriũ sine celebratione solenni postponerent. Singuli autem eorum secum deiecebant vitæ necessaria vt poterant, alij panem, alij carycas, alij dactylos, cæteri vero legumina aquis misula, alij autem nihil, nisi tantum propriũ corpus, & palliũ quo vestiebantur. Nutriebatur vero quoties natura cõpellebat herbis, quæ in deserto nascebantur: igitur regulam propriam quam sibi quisque nouerit expedire, creabat; talem que habebant immutabilem legem, ignorat alium, & quale alius operaretur certamen. Ita Iordanem mox derelinquentes, seorsumque ab inuicem de longe discedentes à ciuitate, habitationem habebant desertam, nullus alij iungebatur. Sic igitur omne dies ieiunij complentes, ad monasterium remeabant dominica die in ramis palmarum. Nulli vero licitum erat interrogare proximum suum, quomodo vel qualiter præsens certamen exerceat; nam demonstratio hominum infuicelua opera & damnosa acquirat.

Qualiter inuenit Mariam Ægyptiacam in eremo.

CAP. LXVI.

Tunc vero Zosimas iuxta consuetam regulam monasterij pertulisset Iordanem, paruum secum detulit cibũ ad sustentationem corporis, & pannum quo induebatur, & quidem regulam adimplebat pertransiundo eremum. Tempus vero refectionis quod erat necessariũ pro natura corporis, modico siccoq; trãsigebat cibo; soperentem vero paruum in terra iacens faciebat, & iterum diluculo iter suum carpebat, sperans aliquem patrem inuenire, qui posset eum iuxta desiderium suum ædificare. 20. vero dierum pergens iter, facta hora quasi sexta, paululum se abstinnit ab itineris labore, eleuatque oculis ad orientem, consuetam sibi dicebat orationem. Solebat etenim statuto diei tempore prima, tertia, sexta, & nona, abstinere se à sicutimeris cursu orationis causa. Eleuatque oculos ad superna, & respiciens à dextris vidit in quodam loco stare quasi vmbraiculum humani corporis. Stupescit autem fantasma esse putans, & ter signaculum sancti crucis sibi faciens, completa oratione vidit quandam in partem ambulantem meridianam, nudo nigroque corpore exincendo solis exulto, capillus eius vt lana candida atque parui vique ad collum corporis descendentes. Hoc dum videret Zosimas admirans repletus est magno gaudio, capiti, currere ad eandem partem qua videbatur. Cum autem ille vidit Zosimam de longe ad se proinquantem, cepit concito fugere in

E sine matris religio-
Tentatur su-
Monasteriũ
Intelligit
In Quadra-
Reuertitur
Zosimas per
Oras certis
Signat se ad
Mariam su-

Mors Iosaphat.

Cum Barlaam sepelitur.

Per visionem bacini India inuenitur nunciari.

Corpora in tegra Rex Barachiam patriam transferunt.

Cum honore suscipiuntur.

Multamiraculain translatione & depositione sanctorum.

Zosima monachi persequitio.

interiora deserti. Zosimas vero contemnens senectutis debilitatem, fastidiumque itineris, concito cum gradu sequebatur, emittens vocem cum lachrymis, ut quid me fugis hominem senem & peccatorem scire Dei viui? sustine me quicumque sis. *Coniuro te per Deum pro cuius amore hanc habitas eremum, & recipere me debilem & indignum senem.* Cumque iam fatigatus currere non posset, & lachrymis lachrymas augeter, ille qui prius fugiebat ait, Abba Zosima quid me persequeris? ignosce mihi, pete Deum te peto, quia minime possum conuertere faciem meam ad te, eo quod sim mulier nuda, sed pallium quod tu indutus es potrige, ut possim corporis meæ verecundiam tegere, veniamque ad te ut accipiam tuas orationes. Tunc stupefactus atque turbatus est, eo quod audisset te vocari ex nomine; intellexitque quod non cum nominatim vocare posset, quem nunquam viderat neque audierat, nisi quia hoc superna providentia reuelauerat: statimque expoliatis se, pannum quo induebatur vetustissimum, iactauit illi a uera facie. Illa autem sumens eum præcinxit se ut potuit, & cooperuit partem necessariam sui corporis, respiciensque Zosimam, ait ad eum: Quid tibi visum fuerit Abba peccatrice mulierem videlicet aut quid quaerens agnoscere, tot tibi imposuisti labores? Ille vero genua flexens obsecrabat ut benedictionem ab ea reciperet: illaque prostrata humo, adorabat eum. Erant, ergo uterque in terra inuicem se adorantes, & rogantes alterutrum initium facere benedictionis. Nulla alia penitus audiebatur vox, nisi tantummodo *benedic me pater.* Conscientiens tandem sermonibus senis mulier, ait ei. *Benedictus Dominus redemptor animarum nostrarum.* Zosimas respondit *amen.* Moxque erecto à terra ait mulier seni: Rogo te, pater, ut mihi conuersatione christiani generis, quomodo sint Reges vel Pastores ecclesie enarres. Zosimas vero respondens ait eam multifaria relinquens, breui sermone dicam tibi mater, quod Christus Dominus ac redemptor noster, omni suo populo firmam pacem concedere dignatus est: sed rogo te ut depreceris Dominum pro totius stabilitate, simulque pro peccatis meis.

Quod vidisti eam orantem in aere subleuatam.

C A P. LXVII.

Respondit mulier: oportuna est, & valde necessarium te Abba Zosima qui habitu & mente sacerdotali ornaris officio, pro omnibus atque pro me peccatrice orare Deum, cum ad hoc vocatus es; tamen propter præceptionem tuam obedio cum omni virtute, & orabo Deum licet peccatrix. Et eleuans oculos ad orientem, manus erexit ad caelos, & cepit silenter orare, ita ut tantum labia mouerentur, & vox penitus non audiebatur, vnde & Zosimas nullum verbum orationis potuit intelligere; sed hoc Deum sibi testem adhibens dicebat, quoniam dum prolixam mulier faceret orationem, vidit eam in loco in quo stabat orans à terra suspensam in aere, quasi vnus cubiti mensura. Qua visione, magno comprehensus est timore: & cadens in terram, cepit sudoribus inundare, stuporibus comprehendendi, admirationibus æstare, nihilque aliud dicere poterat, nisi tantum *Kyrie eleyson.* Dum hoc ageretur, cepit senex cum magna dubietate hæsitare, ne forte esset spiritus fantasie fingens orationem, moxque conuersa mulier leuauit Abbatem à terra, & ait ad eum: Abba, ut quid te conturbant cogitationes tuæ, in tantum ut scandalizatus sis in me, existimans me immundum esse spiritum, orationem simulantem? satisfacit tibi Dominus: peccatrix sum mulier, tamen *sanctum Domini nostri Iesu Christi baptismum induta sum, & non sum spiritus, sed magistra & ceteris, nullaque habeo spiritus opera maligni.* Et hæc dicens: *signo redemptionis sanctæ crucis frontem, oculos & pedes tibi depingens dixit: Deus omnipotens, Abba Zosima, eripiat nos de iniquo.* Senex autem proiectis se in terram, apprehendit pedes eius, dicebatque cum lachrymis: *Coniuro te per Christum Dominum nostrum, qui nasci pro hominum redemptione ex virgine dignatus est, propter*

quem carnes meas ita asstixisti, ne quoniam à sermo tuo quaesisti, vel vnde, aut quando, vxi quomodo ad habitandum hanc eremum aduenisti? Mulier à terra eum eleuans dixit ad eum: Turpe quidem & omnino verecundis mihi videtur Abba Zosima, tibi enarrare verecundiam operum meorum, sed peto ut veniam mihi concedas dicenti.

Nudam me vidisti corpore, motus faciens tibi actus meos, ut scias quod me operis opprobrium non gloriā meam quaerens occultabam. Nam per quæ opera mea habeo gloriari, dum fuissim vas perditionis diaboli? Scio enim quod si operum meorum initium narrationis fecero, fugam petiturus es, ac si quis fugiat à serpente, tamen dicam omnia, nec quicquam tibi occultum faciam; sed peto & deprecor te, Pater, ut in desinenter orare pro mea miseria digneris ut vis intercessionibus merear inuenire misericordiam in illo examinis die. Tunc senex protensis manibus, copiosas fundebat lacrymas.

Qualiter illa cepit et narrare cursum vite sue

C A P. LXVIII.

Mulier autem cepit explanare suam narrationem dicens: ego Pater, patriam habui Ægyptum, & dum me adhuc superessent parentes 12. anno derelinquens eos, Alexandria petij ciuitatem, vbi qualiter ab initio corpus meum tradiderim corruptioni, qualiterue iugiter insatiabili libidinum fluxui deseruerim, sermonibus enarrare minime possum. Breuiter etiam tibi dicam Abba, meæ fornicationis iniquitatem: Decem & septem & amplius fere annis publico astans loco pessimum mei corporis negotium exercebam, tradens volentibus irreculabiliter carnis meæ pudorem, repellens à me omne acquisitionis lucrum, vnum tantum mihi erat lucrum, luxuriosam acquirere vitam. Nam ludus, ebrietates, insomnietates mihi pro thesauro videbantur, multotiensque oblatum mihi lucrum recusabam, ut amplius acquirerem pessimi mei desiderij amicos, & hæc quasi locuples faciebam; sed & egestatem pro diuitijs reputabam. Vnus vero & magnus mihi erat ardor desiderij, prodigij & coniuuijs, ritibus & iocis insilire, & diebus & noctibus pessimam corporalis naturæ iniuriā irrogare. Æstiuo autem tempore contigit me videre turbam Ægyptiorum & Libyorum currentem contra mare, interrogans quo festinaret, audiui eos in Hierosolymam ascendere, crucem redemptionis post paucos dies desiderantes videre. Tunc respondi viro narranti mihi: per Deum te coniuo, si voluero eis comitari, dabunt licentiam mihi. Ille respondit: Si nauulum dederis, expensasque habueris, nullus eorum te prohibere potest. Dixique ad eum: Corpus meum erit illis pro nauulo: Ideo autem cum ipsis comitari festinabam, ut haberem in eis amicos pessimæ & sordidissimæ meæ voluptatis. Ego quidem Abba Zosima, rogaueram te: ut non mihi impuritates meas tibi ineffabiles dicere verecundias, quia vndique tremore concuor: viuunt dominus, quod polluantur meis sermonibus non solum aures tue sed etiam ipse aer. Tunc Zosimas fortiter lachrymatu dixit: Loquere per Deum te coniuo, sator mi, loquere, ne prætermittas ceptam narrationem ædificationis. Illa vero cepit explanare; ita dicens: Vir ille qui à me interrogatus fuerat quo turba illa pergeret, audiens turpes meos sermones, subridens abiit: ego vero velocius ad mare cursum faciens, vidi iuuenes ad littora maris astantes numero 10. lusus & motiones vanæ iuuentutis habentes, expectantes sodales suos nauigatores; nam plurimi in nauiculam iam ascenderunt. Ducentibus me autem simul cum eis in nauiculam ascendendi: totaque mihi nauigatio erat lusus, ebrietates, adulteria ridicula, curpia verba, vel alia similia, quæ tibi lingua explanare minime potest, ut etiam honestatis viros ad miseriam inuitaret: totaque vita meæ animarum erat perditio, & lacus earum erat mea crudelissima caro. Vnde sæpe admirans stupefacta quomodo mare meas sustinuit iniquitates, aut quomodo terra os suum non aperuit,

Narranda peccata vtiliorum orationum inuenimus.

Expositio de vita Zosime antea vitam suam.

Expositio sanctæ crucis Hierosolymæ celebrata.

Hierosolymæ nauigas libidinis desideria.

Actio sua in nomine recepta.

Suo nomine appellat Mariam Zosimam habentem in cogitatione.

Mentio bene dictam peritiam.

Diuinitus doctam Mariam Zosimam esse Presbyteram.

Suspensa in aere orat Maria.

Corrigit Zosimam a dubitatione.

Signa se signo redemptionis sanctæ crucis.

& viua me infernus non absorbit; sed vt video miser-
cors Deus mea iniqua opera sustinuit, pœnitentiam de-
siderans, *quis non vult mortem peccatoris.*

Ezechiel. 18.

*Qualiter beatam V irginem apud filium suum fide-
dictricem pro se dedit.*

C A P. L X I X.

VT ergo peruenimus Hierosolymam, præteritis et-
iam deteriora faciebam, in perditionem multo-
rum infaniens, omnem ciuitatem gyrabam, animas in-
nocentium venando. Igitur concurrentibus mane ad
ecclesiam volens comitari, pœueni simul cum eis ad re-
gias atrij, & non permittebar ingredi. Vixque cum ma-
gno fletu & labore appropinquarem; sed quando limen
Regiæ calcabam, alijs ingredientibus me solam quæ-
dam diuina virtus ingredi prohibebat. Rursus impru-
denter me ingerebam, sed iterato repellebar, in tantum
vt sola in atrijs astans inueniret. Exitimans ergo ne ex
fœminæ debilitate hoc mihi contingeret, iteratis cum
alijs amplius repetendam ingressione, cupiens introitum
adipisci, sed tanquam militaris acies contra consi-
stens ingredi non sinebat, & iterata vice vsque foras a-
trium repellebat. Dum hoc frequenter, mihi continge-
ret, iam defecta viribus ac desolata membris, ita vt nec
standi mihi virtus sufficeret, postpositis omnibus in
quodam angulo atrij seorsum recessi, tractans mecum
vnde mihi hoc accidisset, quod minime templum in-
gredi potuissem, tandem aliquando intellexi vnde talis
eueniret contrarietas, vt adorandi mihi lignum crucis
sanctæ crucis copia negaretur. Salutis enim verbum patefecerat
cordis mei oculos reuelans mihi, ob sordes pec-
catorum meorum ingressum templi me non mereri.
Tunc cœpi miserabilis flere, pectusque manibus tundere,
& ex alto cordis insinita dare sulpicia, lachrymasque
affluenter effundere. Respiciens autem de loco in quo
stabam, vidi seorsum imaginem fixam, vultum habentem
sanctæ Dei genitricis, ad quam de toto cordis affe-
ctu dixi: *Sanctæ Virgo, quæ Dei verbum incarnatum genuisti,
scio quæ immerita sum tantis pollutis sordibus, & tantis insecu-
ris repleta, respicere magnitudinem tuam, sed certia sum quod
ideo Deus quem genuisti, homo dignatus est fieri, vt peccatores
ruocaret ad pœnitentiam. Auxiliare ergo mihi sanctæ Dei Geni-
tricis, quia nullum habeo solatium, & impetra me regias sanctæ
introire ecclesie. Obsecro te Domine, vt cognoscere me facias
videntibus cunctis sanctæ crucis venerabile lignum, in quo car-
ne affixus est Deus, quem tu sancta & immaculata genuisti V ir-
go: qui suum propter totius mundi salutem effudit sanguinem.
Iube mihi Domine clausis regias patefieri, mecumque adimpleri
desiderium, vt adorem sanctissimum lignum crucis, fide dic co-
pessimis non maculabo operibus, sed mox vt mihi lignum sanctæ
crucis adorare concesseris, renuntiabo saculo & omnibus que
sunt seculi, & vadam ubi præceperis.*

Non admittitur intra
templum a
nimis repug-
na

Inseparabile
scilicet ab
aspectu san-
ctæ crucis
arceri com-
pungitur.

Implorat
suffragia
sanctissime
virginis
Mariæ

Proposuit
corrigere vitia

B. Maria
suffragia la-
bere templi
ingreditur.

Vocem mis-
salutis doce-
tur quid sa-
cere debeat.

Hæc dum dicerem, satisfeci menti meæ, quia sancta
Dei genitrix posset pro me hæc omnia obtinere; & re-
linquens locum in quo orabam, miscui me inter hos
qui templum ingrediebantur, nullumque reperci est
qui me foras repelleret, sed magis vt vinda maris ita me
turbantius impellebat, donec appropinquarem sancto
loco, quem prius nec pedibus calcare poteram. Nam
absque vlllo labore adorauim sanctum lignum crucis: &
sensu tibi odorem suauitatis.

Qualiter ad eremum pergens tibi pœnitentiam egit.

C A P. L X X.

Appropinquans ergo loco, in quo promissionem
fidedictionis sanctæ Dei genitricis feceram, fle-
dens genua, his cœpi loqui sermonibus: *Tu mihi Domi-
na miserata es, inuasque preces non repulisti, nunc ubi tibi pla-
ueris, dirige me, & demonstria mihi pœnitentiæ & salutis viam.*
Dum hæc dicerem, facta est vox dicentis: *Si Iordanem
transieris, illic bonam inuenies requiem.* Ergo dum talem au-

dissimilem vocem, c rediens eam dictam fuisse propter me,
iniciu viæ cum lachrymis faciebam, & ascendens nau-
iculam transfretam Iordanem, peruenique in eremum,
& ex illo tempore vsque nunc superelongaui fugiendo,
habitans in deserto, expectans Deum meum, *quis saluos
facit conuerientes ad se.* Quadraginta septem anni sunt, ve
existimo, ex quo sanctam egressa sum ciuitatem, duos
quidem panes mecum ferebam & diuitidum, quando
Iordanem transtieram, qui per tempora quasi lapides
duri facti fuerant, ex his modicum comedendo aliquan-
tos transegi annos. Crede autem mihi, Abba Zosima,
quod decem & septem annos cum immanibus cogi-
tationum bestijs in hoc deserto transegi, carnalibus te-
luctans cogitationibus dum recordabar affluentia præ-
teritorum ciborum. Desiderabam enim carnes vel pis-
ces, quos antea in Ægypto comedebam, delectabar &
vini potu infatigabiliter, multo enim vino vtebar dum
fuissem in sæculo, delectabar nefandis canticis dæmo-
num que ante didiceram, sed mox vt lachrymas fundebam,
& manibus pectus vulnerabam, reducebam ad
memoriam illam, quam fidedictricem mihi feceram,
dum in hanc egredere eremum, & quasi ante Dei
genitricis altarem imaginem, ita eam lachrymabiliter ora-
bam, vt amoueret pessimas ac fordidissimas mentis meę
cogitationes: & dum plurimas funderem lachrymas, vndique
mihi resurgens videbam lumen atque claritatem
circundabar chorulicis. Rursus infestabar tormicationis
meorum cogitationibus; quæ quasi ignis vehementer ita
deuastabant viscera cordis mei, sed ad consueta oratio-
nis recurrere arma, terræ me proiciens, eamque lachry-
mis inundans, meam mihi orabam succurrere fide-
dictricem, ne postmodum vt præuocaretur damnationis
extremæ luerem pœnas. Non enim eleuabam faciem
meam à terra, nisi totius diei nonnullis que consummatum
fuisset spacium, & dulcissimi illius splendoris fuissem
lumine circumdata, qui totam illam tentationem cogi-
tationum fugaret, sicque sanctę Dei genitricis fidedi-
cricis meę proteeta solatio, transegi 17. annorum spacia,
innumera euadens pericula: & ex illo tempore vs-
que ad hæc tenus auxiliatrix mea mihi præsto inuenitur
vbique, & vndique vigilans custodit me: Illi que expen-
dis vt dixeram panibus per 17. annos, comedebam her-
bas que in deserto inueniebantur. Vestimenta autem
mea cum quibus Iordanem transgressa sum, dirupta atque
putrefacta sunt; nam valde à primis hyemalibus &
æstiuis ardoribus tribulata sum. A illo tempore vsque
nunc diuina misericordia eripuit corpus & animam meam
à cunctis periculis, fitque mihi recordanti quanta mala,
quantaque pericula pro diuinam euaserim gratiam, magna
 læticia & spes crescit salutis. Cibis potusque aut
vestimentum mihi est verbum Domini; *quoniam non in
solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod egreditur de ore
Dei.*

*Qualiter narrationem finiuit, & sacramenti com-
munionem petiit.*

C A P. L X X I.

Hæc audiens Zosimas quod ex testimonijs diuina-
rum scripturarum locuta est, ait ad eam: psalmos,
ô Domina mi, vel alios scripturæ libros legebas? ait ad
eum? Crede mihi homo Dei quia non vidi alium homi-
nem, ex quo transfretam Iordanem, nisi tantum nunc
tuam præsentiam, sed neque bestiam qualemcumque; aut
aliud tantum animal: litteras vero nonquam didici, nec
que aliquem legentem aut psallentem audiui, sed ver-
bum Dei superiuuens omnem hominem docet scientiam.

Ecce explanauit tibi opera mea, ô pater, rogo te ora
pro me peccatrice.

Cumque mulier sermonem comprehisset, fleðtes senex
in terra genua, vocem cum lachrymis eleuauit dicens:
Benedictus Deus qui facit magna mirabilia. Illa vero eleuans
senem à terra, dicebat: *Hæc omnia que audivisti à me be-
nigno Dei, per saluatorem te conisura dominum nostrum Iesum*

Anni 7.
consecratur
memoria
præteritis lu-
xus.

Resistit me-
moriam origi-
nis sua con-
uersionis.

Promptam
U Maria
subsidium.

Assu, algere,
qua conuata

Math. 3.

Nec hami-
nem, nec di-
minal epid. 5
annus 47

Pius & su-
perstiti uult
colari.

Christum, ut nulli ea loquaris, quousque de terra me Deus assumi iusserit. Rogo autem te per dominum, ut in sanctis ieiunijs futuro anno minime tranſeas per Iordanem iuxta consuetudinem monasterij. Audiens autem Zosimas quod & solennē monasterij regulam ei nūciaſſet, mirabatur nihil ei dicens: nisi tantum, *gloria tibi Deus*. Habita, ait illa, in monasterio, & non egrediaris iuxta regulam, quia nec permitteret tibi; & sancta vespertina hora cenae dominicę, sume *sacrosanctum corpus & sanguinē Domini nostri Iesu Christi* in vas mundissimum, ferensque mihi expectans me in illa parte Iordanis iuxta sæculū, ut ibi veniēs suscipiam viuificationis ac redemptionis mysteria: quia à die illa qua in oratoriū sancti Iohannis veniēs, (priusquam tranſiſſem Iordanem) communicauī vsque nunc, minime *sacros corpus vel sanguinis Domini nostri Iesu Christi percipi mysterium*. Abbatem autem Iohannem primum monasterij in quo habitas commune, dicens: *Cautus esto frater mi, & sollicitus erga congregationē tuam, eo quod aliquaibi proueniēt, quę necessaria sunt commendari: & hæc dicens adicit, ora pro me Domine pater, petijque interiora deserti.*

Qualiter Zosimas recedens, ad eum cum sacra comunione redijt.

C A P. LXXII.

Abbas vero Zosimas flexens genua sua, osculabatur terram in qua sancta pedibus steterat, remeāque de eremo eo die ad propriū deuenit monasterium, quo solitum fuerat monachis remeare, & totū quidem annum siluit, nullum alicui verbum dicens, de his quę viderat. Elapso autem anni circulo superueniētibus diebus ieiunij, prima dominicorum die post solennem orationem, alij omnes iuxta regulam egredientes psallebāt: Zosimas autem leui febrī cōtactus egredi monasterium minime potuit. Sicq; recordatus est verborū sãdę mulieris, quę dixerat ei, quod si egredi monasterium volueris, minime tibi licebit. Transactisque paucis diebus confortatus ex ægitudine, propinquantē die cenę dominicę festinans præceptis Dei parere & mulieris, detulit se cum in paruo ealice *sacramenti corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi*, sumens etiam paucos dactylos, caricas, lēticulam aqua insulam, vespere peruenit ad ripam Iordanis, expectans præsentiam sanctę mulieris. Quę dum moram faceret; ille dicebat intra se, forsità peccata mea prohibuerunt eam venire ad me, aut certe in hunc locum me percessit, sed non inueniēs me remeauit. Cumque dominum cum lachrymis orasset vt desideriu suum ei ostenderet, ecce sancta mulier venit & in ripa fluminis steterit. Quam videns Zosimas exultauit glorificans dominum; & cogitās eo quod non esset nauicula, qualiter mulier posset trāsire, vidit eam, *sãctõ signaculo sanctę crucis* super aquas Iordanis, pedibus ambulare, sibi que festināter occurrere. Quę tranſiens cum perueniſſet ad senem, ait ad eum: *Beneuē me Pater, factaque oratione pacē tibi dedi, & sacrosancta mysteria suscepit, extendensq; manus ad cœlos ait: Nunc dimittis simulam tuam domine; scđdum uerbum tuum in pace. Quia uiderunt oculi mei salutare tuum*. Dixitque ad senem: *Perge cum pace ad monasterium tuum, venturo autem anno venies & inuenies me in loco vbi prius tecum locuta sum*. At ille, deprecor te, inquit, vt comedas mecum de his quę attuli. Illa uero tria grana lenticulę insula sumēs cum gratiarum actione percepit, dicens; *sufficiat nobis gratia spiritus sancti, vt conseruare possimus præcepta Dei; ora pro me Abba, & memor esto mei*. Ille uero tactis pedibus dicebat, ora Domina pro sanctis Dei ecclesijs, & pro me peccatore, & inuicem sibi ualedicentibus *signum sanctę crucis faciens mulier*, Iordanem vt prius fecerat pedibus tranſijt. Senex uero regrediens reprehendebat seipsum, quod nomen sanctę mulieris minime requisisset.

Petit sibi uisita sacra- menta hono- rifice adferri.

Novit mo- nasterij sa- crata.

Zosimas ve- nit ad mo- nasterium.

Ægrotus re- manet in monasterio

Assumpta eucharistia ad Mariam preparat.

Itarum videt Mariam ad Iordanem uenientem.

Edito signo sacra crucis cui ambulat Maria super aquas.

Sub obitum sumit sacro- sanctam Eu- charistiam.

Crucis edito signo ambu- lat super aquas.

Quod terro relictis eam sepelias.

C A P. LXXIII.

Transacto autem anno ad eremum iuxta consuetudinem Zosimas properare studuit, vidensque nullum ad se uenientem, cepit lachrymis faciem inunda- re dicens: *Regula mihi domine Iesu Christe thesaurum tuum angelum corporeum*. Tunc peruenit ad locum qui quasi torrens fuerat, & uidit in parte illius quasi solem orientem, vbi corpus sanctę mulieris exanime iacebat, pedi- bus manibusque ita dispositis, sicut oportet disponi mortuus, respiciens in partibus orientis. Tunc cursu cō- cito ruit, & eius pedes lachrymis cepit rigare, nullamq; aliam partem corporis vel tangere præsumebat, cepitq; ibi opportuna spallere cantica, & orationē offerre solennem, secumque cogitabat dicēs: *Ego quidē sepelire uolebam corpusculum sanctum, sed timco ne sanctę mulieris displiceat hoc*. Hęc eo cogitante, uidit hieras iuxta caput eius in terra descriptas continētes ita: *Sepels Abba Zosimas in hoc loco iuxta corpusculum Marię, & redde terre puluerem suum, & ora pro me ad Dominum, cuius præcepto, mēse Aprilis die secundā de hoc sanulo sum assumpta*.

Repletus autē senex gaudio magno, eo quod per scripturā cognoscere potuit eius nomē, certus factus quod postquam Iordanem sancta Dei præceperat mysteria, mox in eodem eam occurrit loco, in quo vitam finiret, ad il- ludque desertum quod Zosimas per 22. dierū spacium vix perambulabat, illa sancta mulier in vna peruenit hora, & ad Dominiū migravit. Tunc Zosimas intra semetipsum dicebat, tempus est adimplere preceptum, sed quid faciam miserabilis? Ignoro qualiter terram possim fodere, erat autem durissima & nullo modo fodiebatur, laborabat senex profusus sudoribus, & suspitans ex intimo cordis affectu, respiciensque uidit leonem magnum stantē ad pedes eius, & osculantem vestigia eius. Quem cū uidiſſet Zosimas, tremefactus est; recordatus est autē sermonis Marię quę dixerat ei, quod nunquam feram uidiſſet in eremo, & *consignās se venerabilis crucis signaculo*, credidit quod non cinoceret leo, propter uirtutē sancti illius corporis: Leo autē cepit innuere seni, ostendens se illi mansuetum. Zosimas ait ad eum: *sancta hæc mulier præcepit vt sepelirē corpus suum; & ego senex minime possum terrā fodere, quia nec habeo tale acutum ferramentum, sed tu allume talera operam, & fode terram, vt possit sanctū sepeliri corpus*. Mox cepit leo terram fodere pedibus, ad suscipiendum corporis depositionem. Tunc deponens eā Zosimas terra cooperuit astante se- cum leone, nudā vt antea fuerat, nisi quod panno rupto quem ei isctauerat, corporis necessaria partē cooperue- rat. Discedentib. uero utriusque leo ut agnus mansuetus desertum petiit, Zosimas autē regressus est *benedicens & hymnum dicens Deo*, omniaque monachis enarrauit quę uiderat & audierat, & illi glorificauerunt eum; qui etiam annuerciam sanctę mulieris depositionem celebraue- runt cum honore. Abbas autem Iohannes reperit aliquos in suo monasterio reprehensibiles vt uerba sanctę mulieris adimplerētur: & habitauit Abbas Zosimas in eodē monasterio uenerabilem ducens vitam centum annis.

De Sancta Marina & eius falsa accusatione.

C A P. LXXIII.

Quidam sæcularis hominis vnicam filiā paruulam, commendauit eam cuidam parētī suo: & ingressus monasterium, siledelem se & obedientem exhibuit, ita ut Abbas eum pluriq; cæteros fratres diligeret. Qui cum aliquando recordaretur filię suę; contristari cepit & affligi intra se multis diebus. Quod uidens Abbas dixit ei: *Quid habes frater, quod sic tristes ambulas; qui proci- dens ad pedes eius cum lachrymis ait, habeo vnū filium in ciuitate, quem reliqui paruulū, & recordatus affligor propter eū: & noluit ei indicare quod puella eſſet. Vade*

Tertio porci ad Mariam Zosimas.

Zosimas in- ueniens eius corpus exa- mine.

Signo crucis vndique se- parauit Zosimas.

Zosimus em- gibus parat sepulchrum.

Zosimas et- tonatus.

Pater sollici- tus de salute filię ad oratō-